



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum beata Virgo sanctificatione indigerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. III.

fed non oportet quod illa grata sit habitus vel medium formale, sed sufficit quod sit gratuita dei voluntas supposito quod non sit repugnativa ex parte naturae & sic per gratiam hoc est per gratuitam dei voluntatem assumpta sit humana natura a verbo in viritate personae.

Sententia huius distinctionis Tertia

in Generali & Speciali.

QUE RIT VRB etiam de carne verbi &c. Superioris determinatur Magister quid de humana natura assumpti Dei Filius. Hic vero determinat conditionem assumpti. Et dividitur in duas. Primo enim determinat veritatem. Secundum circa veritatem determinatam mouet quoddam questiones. Secunda ibi, cum autem illa caro. Prima dividitur in duas. Primo ostendit conditionem assumptae, vel carnis assumptae, scilicet quod fuit ab omni contagione peccati immunis opere sancti spiritus. Secundum dicit conditionem matris de qua assumptum est ibi, Mariam quoque totam. Haec secunda dividitur in tres. Primo ostendit conditionem Virginis matris ante conceptionem carnis assumptae. Secundum ostendit conditionem ipsius post conceptionem. Secunda ibi, potentiam vero gerandi. Tertia ibi, Quod autem sacra Virgo. Secunda pars in qua mouet dubitationem ibi, cum autem, illa caro dividitur in duas secundum duas dubitationes quas mouet, & solvit. Quorum prima est circa propaginem carnis Christi ex remotis parentibus (scilicet Adam & Abraham.) Secunda est circa conceptionem eius in proxima matre ibi, illi autem sententia. Prima istarum dividitur in duas. Primo mouet dubitationem & solvit. Secundum ex solutione quandam conclusionem elicit ibi, Quocirca primis nostris malis. Hac est sententia.

IN SPECIIS sic procedit & primo proponit duas questiones. Quarum prima est utrum caro Christi prius fuerit obligata peccato quam concepta, & a carne Virginis separata. Secunda est utrum caro a verbo fuit assumpta obligata peccato vel non. Et responderet primus quod caro illa ante conceptionem fuit peccato obligata sicut & reliqua caro Virginis. Similiter ad secundam responderet negatiuē, scilicet quod caro illa ad hoc quod vniuersit verbo immunis fuit ab omni peccato sancto spiritu operante, remansit tamen in ea possibilias peccandi non necessitate, sed voluntate. Postea dicit quod sanctus spiritus preueniens virginem ipsam ab omni peccato purgavit ipsum peccati fomites, vel penitus evacuando, vel sic debilitando ut nihil ex tunc posset existere & eam inclinarer ad malum. Deinde dicit quod habuit mater potentia generandi absque virili femine sine via virginitatis, & nati, non tamen fuit caro Christi alterius naturae quam aliorum hominum, sed fuit in eodem excellens gratia singularis, ad quem probanda inducit primo autoritates Dan. Secundo autem dicit quod mater Christi post carnem Christi conceptionem ab omni peccato fuit immunis & sancta, & omni gratia repleta. Quod probat auctoritate Aug. Postea querit utrum Christus fuit determinatus in lumbis Abraham sicut Leui cum eterno fuerit in eo. Et dicit quod non, quia Leui fuit in Abraham secundum rationem feminalem, & ab eodem descendit secundum legem communem, scilicet per carnis libidinem, Christus vero fuit datum in ipso Abraham secundum causam materialem, & non secundum legem communem, & inde descendit, & ideo omnes in Adam peccaverunt, non tamen Christus. Postea dicit quod talis caro fuit in Christo, qualis fuit in statu innocentiae instituta, & idem dicitur a summis primitis nostris, unde caro eius fuit similis nostra carni, non in culpa, sed in humanis propensis, unde licet sit eadem caro aliquorum hominum secundum naturam, tamen ista fuit per gratiam concepta, & sanctificata, & nata, quod alii homines non habent, & propter hoc caro Christi non fuit obligata peccato. Ultimo mouet alia dubitationem, quia enim dixerat carnem Christi non prius conceptam quam assumptam, tamen obicit per quoddam verba Aug. dans intelligentiam verborum eius. Addit etiam infinite adducens dictum Damasc. ad confirmationem predicatorum, &c.

QUESTIONE PRIMA.

Utrum beata Virgo indiguit sanctificatione.

Quæstio I.

217

Circa distinctionem tertiam queruntur duo in generali. Primum est de sanctificatione beatæ Virginis. Secundum est de effectu sanctificationis. Circa primum queruntur duo. Primum est, an beata Virgo sanctificatione indiguerit. Secundum est de tempore quo sanctificata fuerit. Ad primum sic proceditur, & videtur quod beatæ Virgo sanctificatione non indiguerit, quia non indiguit sanctificationem, nisi propter peccati actuale, vel originale, non propter peccatum actuale, quia secundum omnines sanctos & doctores, ipsa nunquam peccatum actuale commisit. Nec propter peccatum originale, ut videtur, quia dolor partus est pena peccati originalis in mulieribus (secundum illud quod Dominus dicit Gen. 3, primum mulieri, in dolore partus filios.) Sed beata Virgo non peperit cum dolore, ergo non contraxit peccatum originale, & sic ad ipsum tollendum non indiguit sanctificationem.

2. Itē incineratio seu reuersio corporis humani in puluerem est pena peccati originalis (secundum illud Gen. 3, puluis es, & in puluerem reuertaris.) Sed corpus beatæ Virginis non fuit reducendum in puluerem, ergo non habuit peccatum originale. Minor probatur, quia ecclesia tenet quod ipsa fuit assumpta in anima & corpore.

3. IN CONTRARIUM est quod dicitur in Ecclesiasticis dogmatibus, firmissime tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur cum originali peccato nasci, sed beata Virgo fuit concepta per concubitum viri & mulieris, ergo peccatum originale contraxit.

4. RESPONSO. Scidum est quod aliquis potest indigere sanctificationem per gratiam duplificiter. Uno modo ut habeatur gratia ad eleuandum & perficiendum aliquam natum folium, & non ad tollendum aliquam culpam. Alio modo ut habeatur gratia ad tollendum aliquam culpam & eleuandum naturam. Primo modo indiguerunt sanctificatione angeloi boni, qui nunquam peccaverunt, & homo in ita tamen innocentia, ut dicitur fuit in 2. lib. Hoc etiam modo indiguerunt sanctificatione beatæ Virgo, dato quod non fuisse concepta in originali peccato, quia gloria non habetur nisi mediata gratia, secundum illud Rom. 6. gratia dei vitaerna: & ideo ad habendum gloriam seu vitam eternam necessarium est natura perfici per gratiam, dato quod non fuisse infecta per aliquam culpam. Secundo modo non indigent sanctificari, nisi illi qui commiserunt aliquam culpam vel contraxerunt, & secundum hoc ad sciendum an beata Virgo tali sanctificatione indiguerit inquirendum est an peccatum originale contraxit, & hic est duplex modus dicendi.

5. Primus est, quod beata Virgo non fuit concepta in originali peccato, sed simili tempore fuit animata, & gratia ipsi data. Et huius dicti ostenditur primo possibiliter, quod scilicet ita fieri potuerit. Secundo congruitas quod ita fieri de cuerit. Et tertio probatur quod ita factum fuerit. Possibilitas ostenditur hoc modo, quia quanvis peccatum originale sit formaliter tantum in anima, in carne tamen est quoddam qualitas vel infectio morbida, ratione cuius ex coniunctione animi ad carnem habentem talem morbidam qualitatem contrahitur peccatum originale: cum igitur ista qualitas morbida sit aliud ab ipsa carnem potuit virtute diuina conferari talis massa carnis, ne inficeretur, & si esset infecta potuit mitiari ante infusione anime, ut si quantum ex parte generatis fuerit caro immunis & morbida, in lete, tamen virtute diuina mundante facta esset immaculata & munda ut sic ex visione anime ad ipsam non contraheretur in animam peccatum originale, & sic patet possibiliter.

6. Congruitas vero pater sic, filius tenetur honorare matrem quantum decet & potest, sed non satis honorasset eam, si in ea non præuenisset omnem culpam, ergo &c. Et confirmatur per Anfel. de conceptu virginali, qui dicit quod decuit ut illius, scilicet Christi, conceptio ex purissima marre fieret, que ea puritate niteret, quia sub deo maior nequit intelligi, sed certum est esse aliquas creaturas (vt pote angelos bonos) in quibus nunquam fuit aliquod peccatum, ergo multo magis in beata Virgine. Item scilicet Christus fuit perfectissimus mediator, ita Virgo ipsa fuit conuenientissima mediatrix, sed hoc non fuisse

EE spf

D. J. A. M. D. J. A.

Magistri Durandi de

Si ipsa aliquam culpam incurrit, quia conuenientius potest aliquid per illum placari, qui nunquam eum offendit, quam qui post offendit reconciliationem obtinuit, quare &c. Multa etiam aliæ congruitates possunt adduci, sed iste sufficiunt,

7 Quod autem ita sit factum probatur sic. Primo per autoritatem Augustini lib. de natura & gratia: vbi dicit & cum de peccatis agitur, nullam vult de beata Virgine habere questionem, in quo videtur innuere quod ipsa nulli peccato subiacuerit. Secundo per Anselmum, qui de hoc facit specialem librum: & hoc asserit. Tertio per Richardum de sancto Victore in quodam sermone de conceptione, qui in istud consentit. Et arguitur per rationem, quia ecclesia de nullo facit feluum nisi de sancto, sed multe ecclesiae faciunt feluum de conceptione beatae Mariae Virginis: ergo ipsa fuit concepta sancta. Nec obstat quod à quibusdam dicatur, quod nunc non indigueret redimi per Christum, si nullum incurrit peccatum, quia quod aliqui dicunt, quod impedit ne aliquis obligetur, non est redimere. Hoc verum est de illo qui nunquam fuit obligatus, nec in se, nec in sua radice, sed de illo qui fuit obligatus in sua radice, impedit ne obligetur in se est vere redimere, ut si aliquis impetraret quod proles nascitura ex parentibus seruos non incurreret seruitute, talis vera diceretur redemptio problem a seruitute. Quum ergo beata Virgo esset seruita peccati originalis obnoxia in sua radice (scilicet in parentibus) si fuit impeditum virtute diuina, ne in se seruitum hanc incureret, vt esset conuenientior mater Salvatoris, verè potest dici quod indiguit beneficio redempcionis, & tanto magis & familiarius fuit redempta, quanto redemptio fuit in ipsa celerius inchoata.

8 Alius modus dicendi est, quod beata Virgo potuit quidem ab originali peccato praeseruari virtute diuina, sed non decuit, vt praeseruata fuerit. Quod potuit praeseruari patet, quia, ut vobis fuit lib. 2, peccatum originale est solutus, aut carens originalis iustitiae cum debito habendi cam, quod omnes qui secundum legem naturae descendunt ab Adam, sed constat quod Deus gratis posset nunc quemcumque concipiendum excipere ab illis obligatione reatus, seu debiti, vt nullo modo imputaretur ei ad culpam. Quemadmodum enim à principio fecisset Deus si voluisse, quod Adam peccante, illi qui nati fuissent ab eo, nullum peccatum contrahirent, sicut peccato proximorum parentum non traiecerunt in filios, ita à generalitate illa quoniam ab Adam contraxerat originale, potuisse & adhuc posset de potentia absoluta excipere quem vellet. Et per hoc modum fieri potuit quod beata Virgo peccatum originale non contraheret.

9 Modus autem quod alii ponunt non est conueniens. Dicunt enim quod originalis contrahitur ex vno ad carnem propter infectionem, seu qualitatem morbiadum in carne existentem, & quia illa potuit diuina virtute purgari prius quam anima ei vniaretur. Ideo dicunt quod potuit fieri in beata Virgine, vt anima eius ex vno nō ad carnem non contraheret originale. Itud autem non est verum, quia sicut ostensum est lib. 2. dist. 3. q. 1. per primum peccatum nihil plus factū est circa naturam humanam, nisi quod sublata fuit originalis iustitia, & natura sibi derelicta, propter quod in natura carnis nihil est reale posse peccatum nisi quod sequitur principia naturae secundum se. Tale autem non est sufficiens ratio contrahendi originale. Et quia hoc fuit in secundo libro plenē deductum, ideo ad praesens nihil plus de hoc.

10 Quanuis autem beata Virgo potuerit à peccato preseruari, non decuit tamen quod praeseruaretur. Cuius ratio est, quia singularis conceptio debuit dotari singulari priuilegio, sed filius Dei secundum humanitatem habuit singularē conceptionem, eo quod est conceptus non ex viro, sed de spiritu sancto, ergo debuit habere singulare priuilegium, non autem habuisse, nisi sola eius conceptio fuisse absque originali peccato, ergo non decuit quod conceptio cuiuscunq; alterius, etiam matris dotaretur hoc priuilegio. Et confirmatur, quia sicut dicitur Ioan. 3. quod natum est ex carne, caro est, & quod est ex spiritu, spiritus est, & similia simili. Quod conceptum est ex carne, caro est, & quod conceptum est ex spiritu, spiritus est. Cum igitur filius Christus fuerit conceptus de spiritu, beata autem Vir-

Sancto Porciano

go & omnes ceteri fuerunt concepti de carne, hoc est, secundum communem viam carnis, decuit ut sola conceptio Christi nihil haberet contrarium spiritui: beata autem Virgo & omnes alii sicut non fuerunt priuilegiati, ut conceperentur de spiritu sancto, sic habuerunt culpam originalem, quae repugnat spiritui.

11 Et per hoc pater respōsio ad rationes aliorum, quia filius Dei debuit honorem matrem non quantum potuit, sed quantum decuit. Non decuit autem quod conceptio secundum carnem aequaliter conceptum secundum spiritum, & quod dicit Anselm. quod decuit, ut illius hominis, &c. Pro nobis est eff., decuit enim ut puritas matris esset fuli puritate Christi dei, qui non contraxit originale, nec commisit actuale, quod sit per hoc quod mater actualis non commisit: sed originale contraxit, quia si non contraxisset, iam puritas eius puritatis Christi aequata fuisset. Nec valet instantia de angelis bonis, quia in eis non potest esse peccatum per ordinem contrahit, ex quo vobis ab alio non originatur, sed omnes immediatè creantur a deo. Hoc etiam conguit matrem secundum quod est mediatrix sub Christo, & non de pari, ut si immunita à peccato sub ipso, & non de pari. Et sic pater quod non decuit quod beata Virgo praeseruatur ab originali peccato.

12 Quod etiam de facto non fuit praeseruata pater primò auctoritate sacra scriptura Apostoli ad Rom. 5. qui loquens qualiter per primum hominem intravit peccatum in mundum, dicit quod à ipso omnes peccauerunt. Qui autem dicit omne, nihil excipit. Et si dicatur, ergo Christus non fuit exceptus: non sequitur, quia Apostoli loquitur de his qui secundum naturam descendunt ab Adam: ipsemet etiam Apostoli Christum excipit in eodem capitulo, dicens quod fuit per peccatum vobis hominis peccatores constituti sunt multi, ita per iustitiam vobis iusti constituentur multi.

13 Item pater per Aug. de fide ad Petrum, ubi dicit sic, firmissime tene, omnem hominem natum ex viro & muliere conceptum esse in originali. Et idem dicit de nuptiis & concupiscentia quod nullus potest concepi ex viro & muliere sine peccato originali: & super illud Ioan. 1. Ecce agnus dei, &c. Dicit quod ille solus innocens fuit, nec obstat quod dictum est de natura & gratia prius allegatum, quia loquitur de peccato actuali quod beata Virgo nunquam commisit, ut patet ex serie textus. Non autem de origina li quod contraxit.

14 Item Anselm. 2. lib. Cur deus homo, dicit quod virgo ipsa in iniquitatibus concepta fuit: si autem postea aliud sensit, non legi nisi in quantum sonat auctoritas quædam prius allegata, quæ tamen bene intellexit facit pro nobis, ut vobis fuit. Si autem Richardus de sancto Victore hoc sensit, in hoc non est ei acquiescendum, cum non bene consonet cum dictis scripturarum & sanctorum. Quod autem sit feluum de conceptione eius, aut non bene fit, aut non bene nominatur. Potest enim fieri feluum de eius sanctificatio ne, sed quia non est omnino certum quando fieri sanctificatio ne, ut postea dicetur. Est autem certum quod fuit concepta, ideo ponendo certum pro incerto vocatur feluum conceptionis, quod deberet vocari feluum sanctificationis. Fuit tamen quod si beata Virgo peccatum originale non contrahisset, potuisse tamen vere dici redempta à Deo pro eo quod in radice sui ex natura sui conceptionis obligata erat ad incurrendum peccatum, nisi fuisse à Deo praeseruata. Patet ergo primum principale, scilicet quod beata Virgo sanctificatione indiguit.

15 Ad primum argumentum dicendum quod beata Virgo indiguit sanctificatione propter peccatum originale quod contraxit. Et cum dicitur quod quia dolor partus est pœna peccati, verum est, ubi conceptio & partus sunt secundum legem naturae ex viro & muliere, sed conceptio Christi non fuit ex viro, sed ex spiritu sancto, & ideo non subiecit illi legi, quanvis mater subiecta fuerit peccato originali.

16 Ad secundum dicendum est, quod incineratio seu reuersio corporis humani in puluerem est pena peccati originalis, secundum legem communem, per quam natura derelicta fuit fibi, & ideo sicut de terra est formatum corpus, sic in terram reverterit: sed beata Virgo priuilegiata fuit in hoc articulo, & rationabiliter, ut sicut corpus Christi sumptum de corpore

Lib. III. Distinctio. III.

corpo Virginis fuit immune a tali corruptione, secundum illud Psalmista, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, sic corpus Virginis, de quo fuit sumptum corpus Christi, fuit immune ab eadem corruptione.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum Maria fuerit sanctificata ante nativitatem ex vtero.

Tho. 3. q. 27. ar. 1.

CIRCA tempus sanctificationis beate Virginis queritur. Vtrum sanctificata fuerit ante nativitatem ex vtero. Et videtur quod non, quia secundum Apostolum, Cor. 15, non prius quod spiritualiter, sed quod animalis, sed nativitas ex vtero est nativitas animalis, illa autem quæ est per gratiam sanctificata est spiritualis, ergo nativitas ex vtero semper praecedit nativitatem quæ est per gloriam sanctificante.

2 Item Hieronymus dicit non mihi credas si tibi aliquid dixerim quod ex veteri vel novo testamento haberi non possit, sed de sanctificatione beatae Virginis ante nativitatem nihil habetur in veteri vel novo testamento, ergo illa non est ponenda.

3 IN Contrarium est quod dicit Bernardus in epistola ad Luggum, neque vero nascens fuisse laudibus honoraretur si non sancta nasceretur, sed fuisse fit de nativitate beatae Virginis, ergo ipsa fuit sancta nata.

4 RESPONSIO. Quo tempore beata Virgo fuit sanctificata, est una certum, & duo dubia. Certum est quod sanctificata fuit ante nativitatem ex vtero, quia Icer de hoc non loquatur expressè scriptura aliqua canonica, tamen sicut auctor Augustinus de assumptione eius in corpore & anima de qua similiter scriptura non loquitur, ita & nos rationabiliter possumus arguere quod sanctificata fuit ante nativitatem ex vtero & hoc sic, rationabile est enim quod illud privilegium gratiae quod legitur quibusdam fuisse concessum non fuerit beatae Virginis negatum quæ genuit virginem a Patre plenum gratiae & veritatis, sed sanctificatio ante nativitatem ex vtero legitur fuisse concessa qui busdam sanctam. Hieronimus sicut dicit est ei Hieron. 1. an tequam exires de vulva sanctificauit te. & Ioannes Baptista de quo dicit angelus Luc. 1. Spiritus sanctus replebitur adhuc ex vtero matris sue, ergo rationabiliter tenetur quod beata Virgo fuerit sanctificata antequæ ex vtero nascere tur, & hoc tenent omnes communiter.

5 Duo autem dubia sunt de tempore sanctificationis in speciali. Primum est an sanctificata fuerit in primo instanti suæ conceptionis. Secundum est an sanctificata fuerit statim post primum instantem suæ conceptionis. Quantum ad primum di cunt quidam quod licet beata Virgo fuisse concepta in peccato originali, tamen in eodem instanti quo fuit concepta etiam fuit sanctificata. Quia, vt dicitur, gratia & culpa possunt esse in eodem instanti in quodam trahit & maximè secundum esse incompletæ, & secundum aliud & aliud signum. Distinguunt enim autores huius positionis instantis infusionis animæ in tria signa. In quorum primo fuit ibi culpa quæ incurrit ex vno nre ad corpus, in secundo fuit gratia quasi in quodam transitu cum culpa, in tertio fuit ibi gratia secundum esse habitualiter, & expulsa est culpa. Quod autem simul esse possint & sint quodammodo gratia & culpa probat sic, expellens & expulsum fuit simul, gratia autem expellit culpam, ergo si in eodem instanti fuit gratia & culpa. Et sic dicit fuisse in beata Virgine in instanti infusionis animæ.

6 Hæc autem opinio deficit & in principali positione, & in modo probandit. In principali quidem positione quia nihil est impossibilius quam posse contradictionis simul, nam cum Deus possit omne possibile, non tamen potest face re contradictionis. Sed qui ponit quod in eodem instanti sint in anima culpa & gratia ponit contradictionis simul, ergo nihil est hac positione impossibilius. Minor patet, quia habitus & priuatio circa subiectum aptum natu habet vim contradictionis. Quod enim est affirmatio & negatio respectu omnium, hoc est habitus & priuatio circa determinatam subiectum, sed gratia & culpa si habent circa animam sicut habitus & priuatio vel saltus concomitantem pro statu naturæ lapsi, ergo ponere gratiam & culpam originalem, seu actualē moralē esse in eodem instanti in anima est posse in eodem instanti contradictionis, ergo positio hæc in se est impossibilis.

Quæstio II.

218

7 Modus etiam quo declaratur multa inconvenientia includit, & enim dicitur primo quod instantia dividitur in tria signa. Primum medium & ultimum fruolum est, quia aut ista diuisio est in diuersa secundum rem, aut secundi ratione tantum, si in diuersa secundum rem sequitur quod indivisibile secundum rem est diuisibile in plurimum secundum rem, quod iterum implicat manifestam contradictionem. Oes enim nois instantis intelligit diuisibile secundum rem. Si autem illa signa sint plura secundum rationem solum, non aut secundum rem, tunc sequitur quod opposita, scilicet gratia & culpa sint in anima simul secundum rem, quod etiam implicat contradictionem. Itē quando aliqua sunt unum & id est secundum rem quid est in uno realiter est in oibus, & quod non est in uno, non est in aliquo, si ergo ista signa sunt unum secundum rem quicquid est in uno signo est in oibus & quod non est in uno non est in aliquo, sed secundum istos gratia secundum esse habituale & permanens est in anima in ultimo signo, & tunc non est ibi culpa, sed est inde expulsa, ergo fuit gratia secundum esse habituale in oibus signis & culpa in nullo, quod etiam contradicit positioni eorum, quia dicunt quod in primo signo est ibi culpa, & etiam in secundo est gratia in quadam transitu, sed in tertio est expulsa. Item si ista positione posset salvare propter distinctionem instantis in diuersa signa, sequeretur quod non esset possibile dare aliquam contradictionem, quia affirmativa poneretur pro uno signo, & negativa pro alio, & sic qualibet affirmatio & negatio de eodem pro eodem instanti posset verificari propter aliud & aliud signum, quod est inconveniens manifestum. Quod etiam dicitur quod opposita possunt esse simul in quodam transitu, fruolum est, quia quod aliqua non possint esse simul non facit longitudinem temporis, sed oppositio, & ideo quae possunt esse simul per unum instantem, possunt esse simul quantum est de se per tempus quantumcumque magnum. Quod etiam dicitur quod expellens & expulsum sunt simul, verum est de expellente effectu, & non de expellente formaliter, quia prædictio expellentes formaliter est absencia expulsi & conuerso, gratia autem expellit culpam formaliter, & non effectu, & ideo non possunt esse simul. Patet ergo quod impossibile est quod in eodem instanti in homine sint culpa & gratia, & per consequens beata Virgo in primo instanti, in quo concepta fuit sanctificari non potuit, supposito quod fuerit in originali concepta.

8 Restat ergo inquirere de secundo dubio, scilicet utrum im mediare post instantem primum, in quo concepsa fuit, potuerit sanctificari, ita & per solum unum instantem fuit in culpa, & deinceps semper in gratia, & hic similiter est duplex modus dicendi. Unus est, quod B. virgo potuit per solum instantem esse sub originali peccato, & toto sequenti tempore esse sub gratia. Quod probatur sic, quod est possibile fieri virtute nature est possibilis fieri virtute diuina, sed virtute nature potest fieri, quod aliquid sit per solum instantem in una actuali dispositione, sicut si faba morte sursum in ultimo instanti sui motus occurreret lapis molaris, tunc enim in termino sui motus esset per solum instantem, nam si esset ibi per tempus quieteret, & faceret lapidem molaris quiescere, quod est improbabile, ergo fortiori ratione potest fieri virtute diuina, & anima beatae Virginis fuit per solum instantem in una actuali dispositione (scilicet in originali culpa) & toto tempore sequenti sub gratia.

9 Item quod non solum hoc potuerit fieri, sed & factum sit probatur sic, quia beata Virgo debuit sanctificari quod citius potuit fieri, debuit enim facere in hoc filius pro matre quicquid est possibile, sed non fuisse sanctificata quod citius potuit sanctificari, si fuit in originali culpa per solam plusquam instantem, ergo ipsa non fuit in originali culpa, nisi per instantem. Probatio minoris, quia si fuit sub originali culpa plusquam per instantem, ergo per tempus, sed quacunque parte temporis sequentis fuit sanctificata, certe potuit prius sanctificari, quia cum qualibet pars temporis sit diuisibilis in infinitum ante quamlibet partem temporis est dare aliquam eius partem, & sic semper, ergo beata Virgo non fuit sanctificata quod citius potuit sanctificari, quod est quia est inconveniens, relinquitur quod non fuit in originali culpa, nisi per solum instantem.

10 Alius modus est huic contrarius, scilicet quod impossibile est beatam Virginem fuisse per solum instantem in origi-

EE 2 nali